[I]nfixe ſunt gentes in interitu que fecerunt [I]n laqueo iſto
quem abſconderunt comprehenſus eſt pes eorum [C]ognoſcetur
dominus iudicia faciens in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt
peccator [C]onuertantur peccatores in infernum omnes gentes que
obliuiſcuntur deum [Q]uoniam non in finem obliuio erit paupe-
ris patientia pauperum non peribit in finem [E]xurge domine
non confortetur homo iudicentur gentes in conſpectu tuo
[C]onſtitue domine legis latorem ſuper eos ut ſciant gentes
quoniam homines ſunt [U]t quid domine receſſiſti longe deſpicis
in opportunitatibus in tribulatione [D]um ſuperbit impius in-
cenditur pauper comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant [Q]uoniam
laudatur peccator in deſideriis anime ſue et iniquus benedicitur
[E]xacerbauit dominum peccator ſecundum multitudinem ire ſue non
queret [N]on eſt deus in conſpectu eius inquinate ſunt uie
illius in omni tempore [A]uferuntur iudicia tua a facie eius omnium
inimicorum ſuorum dominabitur [D]ixit enim in corde ſuo non
mouebor a generatione in generationem ſine malo [C]uius maledic-
tione os plenum eſt et amaritudine et dolo ſub lingua
eius labor et dolor [S]edet in inſidiis cum diuitibus
in occultis ut interficiat innocentem [O]culi eius in pauperem
reſpiciunt inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua
[I]nſidiatur ut rapiat pauperem rapere pauperem dum
attrahit eum [I]n laqueo ſuo humiliabit eum inclina-
uit ſe et cadet cum dominatus fuerit pauperum [D]ixit enim
in corde ſuo oblitus eſt deus auertit faciem ſuam ne uideat in
finem [E]xurge domine deus exaltetur manus tua ne obliuiſ-
caris pauperum [P]ropter quid irritauit impius deum
dixit enim in corde ſuo non requiret [V]ides quoniam tu

meus et redemptor meus an[tiphona] Non ſunt loquele ne[que]
ſermones quorum non audiantur uoces eorum an[tiphona] Ex[...]
[E]xaudiat te dominus ¶ [Exau]diat te dominus in die [...]
in die tribulationis protegat te nomen dei Ia[cob]
[M]ittat tibi auxilium de ſancto et de ſyon tuea[tur]
te [M]emor ſit omnis ſacrificii tui et holocauſtum tu[um pingue-]
fiat [T]ribuat tibi ſecundum cor tuum et omne conſilium tu[um]
confirmet [L]etabimur in ſalutari tuo et in nomine de[i]
nostri magnificabimur [I]mpleat dominus omnes petitiones tuas [n]unc
cognoui quoniam ſaluum fecit dominus christum ſuum [E]xaudiet illum
de celo ſancto ſuo in potentatibus ſalus dextere eius [H]i in cur-
ribus et hi in equis nos autem in nomine domini dei nostri inuoca-
bimus [I]pſi obligati ſunt et ceciderunt nos autem ſurreximus
et erecti ſumus [D]omine ſaluum fac regem et exaudi nos in
die qua inuocauerimus te an[tiphona] Exaudiat te dominus in die tri-
bulationis an[tiphona] Domine in uirtute tua letabitur rex pſalmus dauid
[D]omine in uirtute tua letabitur rex et ſuper ſalutare tuum
exultabit uehementer [D]eſiderium cordis eius
tribuiſti ei et uoluntate labiorum eius non frauda-
ſti eum [Q]uoniam preueniſti eum in benedictionibus dul-
cedinis poſuiſti in capite eius coronam de lapide pre-
cioſo [V]itam petiit a te et tribuiſti ei longitudinem
dierum in ſeculum et in ſeculum ſeculi [M]agna eſt gloria
eius in ſalutari tuo gloriam et magnum decorem
impones ſuper eum [Q]uoniam dabis eum in bene-
dictionem in ſeculum ſeculi letificabis eum in gaudio

Fragmentarium
License: cc-by-nc – Frauenfeld, Kantonsbibliothek Thurgau, X 746, back pastedown – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8n8u/10923/78969)